



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Intransibus Religionem seu Monachis. Tit. 6

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Sylvest. in sum. verb. Religio. 7. qu. 3. Sylv. de benef. part. 3. qu. 70. Rombert. de jure patron. lib. 2. part. 1. qu. 7. art. 19. Gabr. Pennoto lib. 2. Hist. stor. tripart. Canon. Regul. cap. 72. fac. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 11. S. Congreg. de Anno 1602.

15 Cessare tamen hoc hodie propter concordata Concilii Lateranensis sub Leone X. volunt Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 71. Garc. de benef. part. 7. cap. 10. Adhibendam esse Papæ dispensationem volunt. Quarant. in sum. Bullar. verb. Canonici Regulari. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. num. 53. Novar. in Sum. Bullar. tit. 1. Canon. Regular. num. 2. Quod & vult S. Congr. Cardin. Negot. Episc. & Regular. pr. episc. in una Cremon. 1. Septemb. 1603. hisce verbis Canonici Regulares non obstante cap. quod Dei timorem. non admittuntur in curam Parochialium Ecclesiarum, absq. Sedis Apostolicæ dispensatione.

## TITULUS VI

## De intrantibus Religionem, seu Monachis.

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Præter Regulares alii Religiosi, dicti & Monachi.    | 6. An in Novo consuetudine.   |
| 2. Unde hi.   | 7. Consilium secuti Apostoli, Discipuli Christi Primi Christiani multo. |
| 3. Quibus Religiosis nomen hoc conveniat.               | 8. Refrigescente vero fervore solitudo iis fuit refugium.               |
| 4. An Mendicantibus.                                    | 9. Ab initio.   |
| 5. Religiosorum status in Testamento veteri adumbratus. | 10. Postea conventus instituti: A quibus.                               |

11. Quo

- 11. Quomodo vivebant in  
iis.
- 12. Eremitarum, origo.
- 13. Postea exstructa cæno-  
bia in Urbibus : A  
quibus.
- 14. Religiosorum ergo pro  
numero Authorum re-  
gula sunt quatuor.
- 15. Religiosorum Ordi-  
num numerus redigi,  
licet varius, potest ad  
septem genera.
- 16. Eremitarum.
- 17. Cænobitarum.
- 18. Propria perfectioni  
studentium.
- 19. In operis misericordia  
Laborantium.
- 20. Militum. Ubi Ordi-  
num Militarium re-  
censio.
- 21. Propria & proximo-  
rum saluti Studentium.
- 22. Clericorum Regulari-  
um.
- 23. Varietatis tanta caus-  
sa varia, & qua.
- 24. Status religiosi defini-  
tio, & ejus explicatio.
- 25. Eum ingredi nonnul-  
li prohibentur.
- 26. Qui ob atatem.
- 27. Ob conditionem ser-  
vilem servi sine consen-  
su Domini.
- 28. Quidsi fecerint.
- 29. Triennium à quo die  
numerandum.
- 30. Qui prohibentur pro-  
pter paupertatem paren-  
tum, & qualium.
- 31. Quis excusetur.
- 32. Qui propter dignita-  
tem.
- 33. Qui propter vinculum  
reale.
- 34. Æs alienum.
- 35. Consensum minus li-  
berum.
- 36. Quid de metu reve-  
rentiali.
- 37. Quid

RVINUS  
Personis  
et Ecclesiæ

IV.  
32

37. *Quid, si quis dolo gressus. inductus fuerit in-*

1 **R**egulares, de quibus hactenus tractavimus, sunt & Religiosi, sic, quia certæ adstricti religioni, dicti; ut & Monachi.

2 Propriè tamen *Monachi*, à solitudine claustrum, cuius adstrinxerunt, nomen sunt sortiti: *can. 1. & can. placuit. 8. conf. 16. q. 1.* Monachus enim Græcè idem quod Latinè solus & solitarius; *d. can. 1. & can. placuit. non quod scosim, extra fratrum aliorum consortium vivat, vel vivere debeat, cum id vetent sacri Canones; c. 2. de vita Monach. & simil. sed quod semotus à vita & moribus secularium, sibi Deo, quasi mundo mortuus, vivat. d. can. placuit. 8. juncto can. qui verè. 16. qu. 1.* Hominum enim commercia, & familiaritatem, & frequentiam, vitare debet; ut nomini conveniat vita. *can. si cupit. d. caus. & qu.*

3 Hinc *Monachi* nomen non convenit Religiosis omnibus, sed solum solis, qui vitæ dediti sunt contemplativæ.

4 Adeòque *Mendicantes*, cum inter homines versantur assidue, propriè non sunt *Monachi*; multò minus qui ex instituto sunt Clerici seu Sacerdotes; ut Canonici Regulares & Religiosi Societatis Jesu. *Less. de Jure & Justitia. cap. 41. dubit. 1.* Alia enim, ut ibidem ait Clericorum, alia Monachorum est Religio; ut constat ex *c. licet. 1. de Regular. & transeunt. ad Relig. can. nullus. can. mandatum. 19. qu. 3. & aliis locis*: quanquam in favorabilibus Monachorum nomine veniant Religiosi omnes. *Panorm. in c. ex parte. de postulat. Prælat. Vallens. in parat. ad Decret. d. tit. num. 3.*

5 Sed hæc altius repetenda, & quidem ab origine. Fuit Regularium seu Religiosorum status & vivendi ratio in Testamento veteri adumbrata per Nazarenos; de quibus *Lib. Num. cap. 6.* vel per Prophetas, eorumque filios; teste *S. Hieronymo epist. ad Rusticum. Filii*, inquit, *Prophetarum, quos Monachos in veteri testamento legimus, edificabant sibi casulas propè fluentia Jordanis & turbis Urbium derelictis, palentibus & herbis agrisibus victitabant.* Idem in epist. ad Paulinum ait; *Noster*

Princeps Elias, noster Elisæus, nostri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope flumina Jordanis. Iterum; Hujus vita Auctor Paulus, illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendam, Princeps Joannes Baptista. Chrysostomus in eundem sensum: Sicut Sacerdotum Principes Sancti Apostoli, & Monachorum Princeps Joannes Baptista. Similia habent Patres alii quod Ballarmin. lib. 2. de Monachis. cap. 5. Azor. Inst. Moral. tom. 1. lib. 11. cap. 23. qu. 8. Sanch. in precepta Decalogi. lib. 5. cap. 1. Fr. Emanuel. quasi regul. tom. 1. qu. 1. art. 1.

In testamento novo, Christi, proponentis idem vitæ genus & conditionis, habemus hæc verba: *Matth. 19. vers. 21. si vis perfectus esse, vende omnia, & da pauperibus*: Ecce paupertatem; Et ibidem *num. 12. Sunt Eunuchi qui seipso castraverunt propter regnum caelorum*; Ecce castitatem: Et *Matth. 16. vers. 24. Si quis venire vult post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: Ecce obedientiam.

Consilia hæc amplexi sunt primùm Apostoli & Discipuli Christi. Deinde plurimi Christiani Hierosolymis. Cum ferretur charitas quæ diffusa erat in fidelium cordibus per Spiritum Sanctum, qui datus est eis, inquit *Apostolus*; omnes fideles erant, & ut in *Apostolorum Actis 4. vers. 32. legitur*; *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum qua possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* adeo ut omnes simul quasi in uno cœnobio viventes, religiosam agerent vitam. Merito igitur S. Hieronymus. *lib. de Viris Illustrib. in Philone*, inquit; *Apparet talem primam Christo credentium fuisse Ecclesiam, qualem nunc Monachi esse nituntur.* Nec desunt, ut disputat Basil. Pontius *var. disput. part. 1. qu. 3.* qui tam Apostolos, quam eorum discipulos, primos Christianos, existimant vota quoque nuncupasse: Imò Christum ipsum, quemadmodum fuit paupertatis, castitatis & obedientiæ exemplar perfectissimum, ita se ad virtutum illorum observationem obligasse voto, ut eatenus opera illius essent perfectiora. Colligunt ex illo *Psalmi 21. vers. 26. ubi: Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Vota ait S. Basilus, vocantur ea, quæ promissæ se facturum; vel ut S. Augustino

N n n

stino

rvinus  
Personis  
est Ecclesiæ

IV  
32

stino placet, Sacrificia quæ pro salute mundi obtulit, nominatione passionis & mortis. *S. Thom. 2. 2. qu. 88. in 4. Suar. tom. 1. 1. disp. 28. de Religios. lib. 3. cap. 3. Platus lib. 2. de bono statu cap. 20. & 21. Benez. in d. 22. Qu. 1. art. 10. Gress. lib. 1. Apolog. Bellarm. lib. 2. de Monachis. cap. 5. contr. Misenum. Secreta. in Sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 15 §. 1.*

8 Sed postea, cum jam refrigerescere charitas, abundare verò iniquitas inciperet, oportuit ad vitanda pericula, ut pauci electi, quasi pestem malorum hominum, & insidias Dæmonum fugientes, se cederent in loca abscondita à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem, in die malorum abscondito essent tabernaculi Dei: *Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 41. num. 2.*

9 Hoc autem accidit ab initio; tum ex persecutionibus infidelium tum etiam ex ipsorum fidelium iniquitate: Nam cum B. Stephanum lapidassent Judæi, *Facta est*, dicitur *Act. 8. in illa die persecutio magna facta est in Ecclesia, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ præter Antiochiam.* Cum verò caput fratrum iniquitas in Anania & Saphira exurgeret, qui propterea percussi interierunt; *Factus est*, dicitur *Act. 5. timor magnus in universa Ecclesia;* quod non tam de ipsorum casu, quam de culpa periculo intelligere possumus. *Barbof. Jur. Eccles. univ. d. lib. 1. & cap. 41. num. 2.*

10 Quare utriusque rei causâ, scilicet & declinandæ persecutionis & vitandi periculi animarum fratrum conventus & diverticula ceperunt institui.

Exstructa Alexandria Monachorum cœnobita, ex institutione D. Marci Evangelistæ: *Cassiodor. lib. 2. de instit. Monachor. Platus d. lib. 2. cap. 21. Tapia in Auth. ingressi: verb. monasteria. cap. 1. num. 26. C. de Sacros. Eccles. Miranda in manual. Prælat. tom. 1. cap. 3. art. 4. in primis fundati Romæ Regulares conventus à Clero Pontifice. Annib. Canale in vitis Fundator. Relig. dec. 1. ubi de Cleto Papa & Martyre pag. 228.*

11 Vivebant sub unius Prælati obedientia, in cellulis tamen selectis atque distinctis, ubi cum summo silentio, observantia; & clausura vacabant orationi & manuum labori, & quidem continuo; præterquam

quam certo quodam atque determinato tempore, quo pulsato signo ad oratorium conveniebant omnes, sive ad decantandas divinas laudes, sive ad Lektionem, sive ad spirituale colloquium, vel ad aliquod simile exercitium; vino aut carnibus, aut lautioribus cibis, utebantur nunquam; contenti solo pane & aqua & sale condito, atque leguminibus. Senibus tamen & infirmis necessaria prudenter per Decanos prepositos suppeditabantur. *De quib. latè Hieron. Roman. de Republ. Christ. lib. cap. 2. & ex eo Barbof. d. loco. num. 5.*

Durante persecutione Imperatorum Decii, & Valeriani, ejust<sup>2</sup> declinanda, & liberius Deo inserviendi causa, Eremum ingressus est Paulus quidam Thebanus: unde & primus Eremita appellatur, videturque Monachis, etiamnum durantibus, initium dedisse. *vide D. Hieronymum in epist. ad Eustoch. de custodia virginitat. Nicephor. lib. 8. histor. Eccles. cap. 41. Cassiodor. lib. 7. collat. posterior. collat. 1. ex Piamone. Anab. Canale. d. dec. 1. ubi de S. Paulo Eremita. pag. 260. Cujus exemplum sequens Antonius Aegyptius, eumque supervivens, socioque sui institutum habens, multorum Monachorum Abbas fuit. Tapia d. loco cap. 1. num. 23.* Nam dum per Civitates saevitia Tyrannorum vexaret Christianos, Eremitarum sanctitas in solitudine feras mitigabat; nec Ecclesiae Dei in tantum in civitatibus obesse poterat malorum hominum vicia, & Tyrannorum persecutio, quantum in solitudine sancta Monachorum proderat conversatio.

Cessante verò persecutione; cum jam liceret Christum profiteri publice, & Ecclesias, & Monasteria construere, *Primus S. Basilii Magnus*, in Oriente Anno Domini 362. Monachis simul quidem habitantibus, sed interno potius Spiritus Sancti ductu, quam praescripta regula & certis legibus viventibus; *Spondan. Anno 328.* non tantum scripsit regulam, sed ex agris intra civitates & oppida, tum securitatis causa, tum ut aliis praelegerent exemplo, collocavit. Regnantibus Pontifice Felice II. Imperatore Juliano Apostata. Non multo post, nempe anno Domini 390. Pontifice Syriaco, Imperatoribus Occidentis Gratiano, Orientis Theodosio, & sic ante Concilium Lateranense celebratum sub Innocentio III. Anno 1215. c. religionem. de religiof. domib. in 6. *S. Augustinus aliam regulam* proposuit in Africa, sub qua ut olim, ita hodieque

rvinus  
Personis  
est Ecclesiae

IV.

32

dicque multi Ordines vivunt: Ordo enim Augustini auctus est multorum aliorum supplemento, qui nomine, habitu, & regula ejus, sub Innocentio IV. Anno 1243. & Alexandro IV. Anno 1256. circumferebantur: postea à subsequentibus Pontificibus fuere confirmati: ut ex multorum bullis patet; Quas vide apud Fr. Laurentium de Empol, in suo Bullario Augustiniano. Tertiam in Occidente instituit S. Benedictus Anno 520. sub Pontifice Symmacho. Estque ejus Congregatio hodie in quinque congregationes celebriores à se in vicem dependentem divisa: Nempè Italam, Germanicam, Gallicam, Hispanam, Lusitanam. Quartam constituit regulam S. Franciscus Anno 1208. ætatis suæ 27. à conversationis 2. regnantibus Innocentio III. Pontifice; Imperatoribus Occidentis Othone IV. Orientis Roberto Flandro; Eiusque ordo in quatuor est divisus Congregationes; Conventualium scilicet, Observantium, Tertiorum de penitentia, & Capuccinorum.

14 Itaque quatuor tantum Regule Religiosorum ab Ecclesia approbatae habentur. Nec facile reperitur Ordo, qui non sub aliqua illarum vivat: quamvis superaddiderint constitutiones varias. Sicut Carthusiani & Societatis Jesu Clerici propriis utuntur Constitutionibus. S. Antonin. in Chronic. part. 3. tit. 16. §. 5. Sylvest. in sum. verb. Rel. glo. part. 1. num. 7. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 11. cap. 24. Less. de just. & just. cap. 41. dub. 2. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 2.

15 Omnes Religiosorum Ordinum numerus est magnus, varietas maxima; spectando tamen eorum fines particulares, ultimo subordinato fini, ad septem reduci possunt genera.

16 Primum est Eremitarum, qui Eliæ & Joannis Baptistæ exemplo sylvas incolunt, hominum consortia pertæsi solitudine & silentio delectantur. Dicebantur & olim Anachoretæ. Gloss. ad Novæ. 1. cap. 3. verb. Anachoretæ. Quamvis hi propriè erant illi qui sine habitatione certa, per deserta vagantes, nè inviserentur à populis ibi ubi illos offendisset mox quiescebant.

17 Secundum Monachorum seu Cœnobiarum, qui in civitatibus habitantes simul vitam ducunt sub obedientia Prælati. Undè & Cœnobia nomen descendit. c. 2. in princ. de ord. cognit. Istis hoc tempore civitates passim abundant.

Tertium

Co  
De  
et Ben.  
G



Tertium eorum, qui propriæ perfectioni tantum studentes, proximo prater orationem & boni exempli odorem nihil impendunt.

Quartum illorum, qui e contra per opera misericordie corporalia, in miseris juvare laborant; infirmis ministrando; peregrinos excipiendo, mortuos sepeliendo; Eorumque vita est merè activa & practica.

Quintum est Militum, quorum finis Ecclesiam armis tuere contra infideles & persecutores. Ejusmodi fuere S. Sepulchri milites; Plestias in histor. Pontif. par. 2. lib. 6. cap. 30. Menenius in delit. Equestrib. tit. de Milit. S. Sepulchri. Boss. tom. 1. histor. Melitens. lib. 5. Anno 1143.

Templarii: De quibus inquit Vitriacus Cardinalis histor. Oriental. cap. 65. & 66. Formidabiles facti sunt fidei Christi adversariis, quod unus persequeretur mille, & duodecim millia, non quod essent, sed magis ubi essent, dum ad arma clamaretur, interrogantes, leones in bello, agni mansueti in domo, in expeditione milites asperi, in Ecclesia velut Eremita, & Monachi, inimicis Christi Domini feroces, Christianis autem benigni & mites, vexillum bipartitum ex albo & nigro, quod nominant. Braccant, precium habentes, eò quod Christi amici Candidi sint & benigni, Nigri autem & terribiles inimicis. Qui Anno 1311. à Clemente Papa extincti: Justè, an injustè variant Auctores. Sunt hodie, Melitenses;

(Quorum habitus niger cum octogena cruce candida in latere sinistro, Diviti sunt in linguas sive nationes octo, viginti Prioratus, sexcentos

quingenta Commendas sive Præceptorias.) In Germania Teutonicorum S. Mariæ; Quorum tessera in veste candida crux cum limbo argenteo.

Magistri crux nigra interfecante alia aurea. In Hispania, S. Jacobi apud Castellanos, & S. Jacobi apud Lusitanos: tessera parum differentes:

Apud Castellanos S. Mariæ de Calatrava, Alcantaræ; Apud Florentinos in Italia, S. Stephani Papæ & Martyris, Apud Sabaudos S. Mauriti.

Sextum est eorum, qui vitam profitentur mixtam; quorum finis dicitur in Constitutionibus Societatis Jesu esse, nempe non solum saluti & perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vacare, sed & cum eadem in proximorum salutem & perfectionem incumbere impense.

Quod vitæ genus esse perfectissimum probat S. Thom. 22. q. 188. art. 6. Card. Cajetan. Moscon. lib. 1. part. 4. cap. 1. Bellarmin. de Monach. cap. 3. Less. de Just. & Jure lib. 2. qu. 41. dub. 2. Azor. inst.

de Monach. cap. 3. Less. de Just. & Jure lib. 2. qu. 41. dub. 2. Azor. inst.

ryinus  
Personis  
est, Ecclesiam

IV.

32

8. *moral. tom. I. lib. I. cap. 24. qu. 6. Sylvest. in sum. verb. Religio. I. num. 4. alique quos alleg. Strein. d. loc. & S. num. 3. vers. sextum.*

22. *Septimum* denique est *Clericorum Regularium*, qui eundem cum praedictis intendunt finem, & contemplationi ita vacant, ut concinando, docendo, ministeriisque aliis Episcopos & animarum Pauperes graviter sublevent. Quorum ordo antiquissimus, Apostolorum enim subitvices. *Navar. in commento. 4. de Regular. num. 7. & S. Sum. 3. de Religios. lib. 3. cap. 3. num. 6. Ludov. de Ponte. tom. 3. tr. 3. cap. 3.*

23. *Varietatis tanta causa sunt varia; Nempe* 1. *Ecclesiae dignitas*. Enim, ut castra bene ordinata praesulgent diversis militum signis, haec ordinibus. 2. *Utilitas*; Cum enim prestare omnia nequeant omnes, oportet esse qui tantum spiritualia, & qui tantum corporalia tractent ex professione: quique in utriusque & Deo inserviant, & proximis. 3. *Diversitas desideriorum hominum*; Alii enim delectantur solitudinis parium consortio alii, alii psalmodia, alii studiis, alii exercitationibus aliis. 4. *Necessitas*; Nam Satanæ novas haereseis excitanti, novae sunt opponenda copia. *Strein. d. loc. num. 4.*

Sciendum Religiosos Ordines omnes, quamvis in habitu ac modo vivendi differant plurimum, omnes, idem esse essentialiter: Quae professiones vitae religiosae essentia in *trium Votorum paupertatis, castitatis, & obedientiae*, consistit nuncupatione: quae, juxta cujusque ordinis praescriptum & usum, in manu Praelati eduntur cum Ecclesiae approbatione.

24. *Definiri enim potest Status Religiosus*. Quod sit tendentium ad perfectionem charitatis Christianae per vota perpetuae paupertatis, castitatis & obedientiae, stabilis in communi vivendi modus, ab Ecclesia approbatus. *Strein. d. loco, num. 5.*

Dico; *Eorum qui ad perfectionem tendunt*: Nec enim, cum magis, a quovis Religioso ipsa perfectio exigenda, cum id neque necessarium, neque possibile sit. Satis facit enim, quicumque ad perfectionem per regulam & instituti tendit observationem.

Dico; *Editis votis paupertatis, castitatis & obedientiae*; Putare solemnia, vel simplicia illis quadamtenus paria. De illis nemo dubitavit unquam: De his sub initium Ordinis Clericorum Societatis Jesu disputarunt nonnulli. Disceptationem sustulit Papa Gregorius XIII. in Bulla

Co  
De S  
et Ben  
G

Ascendente. ut jam per simplicia vota religiosum posse constitui, nullum remaneat dubium.

Dico; *Stabilis in communi vivendi modus*; Putate sub aliqua regula approbata, vel statutis aut constitutionibus. Nam quicumque ad tempus, vel extra communem vivendi ritum & absque certo capite vivunt, quamvis in Zelo operandi & rigore superent, non sunt in statu Religioso.

Dico; *Ab Ecclesia approbatus*; Nimirum ut eviteetur confusio, & hominum res novas molientium cupiditas vaga. ut decretum in Concilio Lateranensi. III. relata in c. de nimia. de relig. domib. & Concilio Lugdunensi. sub Gregor. X. relat. in c. un. cod. in 6. Hostiensis. in Sum. ad tit. hinc. de Regular. Bellarmin. lib. 2. de Monachis. cap. 4. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 2. cap. 1. & seq. Ludov. de Pontic. tract. 3. cap. 1. Sanch. in præcepta Decalogi. lib. 5. cap. 1. Azor. Inst. moral. lib. 11. cap. 23. qu. 5.

Statum autem Religiosum appetere, religionemque ingredi, non est omnibus permittum.

Prohibentur quidam ob *etatem, conditionem servilem, parentum propteritatem, dignitatem, vinculum reale, as alienum, consensum matris, matrimoniale vinculum*, de quo tit. seq.

Ob *etatem*; Nempè immaturam; qua olim & in masculis, & in 26 annis, erat *impubertas*; can. 1. & 2. caus. 20. qu. 2. c. ad nostram.

Impuberes enim non solum non possunt ad professionem admitti; sed nec ad novitatum; licet suscipere possint habitum: Didac. Narbona in quæst. annalib. an. 8. quæst. 24. per tot.

Quia tempus novitatus datur ad hoc, ut Novitius religionis possit experiri austeritates, ejus experimenti incapaces censentur impuberes: Sanch. in præcepta Decalogi. lib. 5. cap. 4. num. 22.

Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. qu. 4. Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 41. dub. 3. num. 35.

Imò & olim in volente ingredi congregationem validè difficilem, aut regulam valde angustam, plena requiratur *pubertas*; id est, decem & octo anni. Ex Concilio Tridentino in quancunque religionem ingredi volente *annus decimus sextus* requiritur: sess. 25. de regular. cap. 15.

Ob *conditionem servilem*; servus sine consensu Domini can. 1. 27 can.

ryinus  
Personis  
est; Ecclesiam  
IV  
32

*can. si servus sciente. can. generalis dist. 54. can. qui verè in fin. 16. qu. 1. can. si quis servum. 17. qu. 4. Sylvest. in sum. verb. Religio. 2. qu. 3. Fr. Bartholom. de Verchis. in praxi servand. in admitt. ad relig. stat. Nov. disp. 6. qu. 3. num. 6. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. disp. 6. qu. 3. num. 6.*

28 *Quod si fecerit; domino intra triennium eum, etiam professum Sanch. d. loco. num. 49. Azor. d. loc. qu. 3. repetenti, est reddendus cum omnibus quæ ad monasterium attulit, fide tamen de immunitate ejus acco- ptâ: triennium si elabi passus fuerit Dominus, nec longitudine itineris fue- rit impeditus, cum licet nondum professum, Sanch. d. loc. num. 44. Zapia. ad d. Auth. ingressi. verb. ingressi. cap. 7. à princ. repetere ultra non poterit; poterit adducta in monasterium à servo. can. si quis incognitum. 17. qu. 2. Fr. Bart. de Vecchis. d. disp. 2. dub. 2. num. 3.*

29 *Numerandum illud triennium, non à die incepta probationis ut volunt Azor. d. part. 1. lib. 12. cap. 1. qu. 3. Less. d. lib. 2. cap. 41. dub. 3. num. 31. sed à tempore, quo Domino innotuit servi admisso in Re- gionem. sec. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 54. num. 5. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 8. Miranda in man. Pralat. tom. 1. qu. 17. art. 2. conclus. 4. in fine. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 2. num. 63.*

30 *Ob paupertatem parentum religionem intrare probetur habens pa- rentes etiam Judæos aut infideles, Gloss. in verb. infideles. dist. 30. Sum. de alim. tit. 1. qu. 18. à num. 3. & Gloss. verb. domesticos. in can. non satis. dist. 86. Panorm. in c. si quis Episcopus. col. 1. de heret. Riccius. de Ne- phyt. cap. 9. num. 424. qui absque eo vivere aut sustentare se nequeant, lis enim subvenire tenetur: can. 1. ubi Dd. dist. 30. Imò filius ingre- diens religionem, parentibus in gravi necessitate jam constitutis, vel probabiliter constituendis. S. Barbof. d. lib. & cap. num. 22. per D. in alleg. quibus, nisi ipse maneat in sæculo, provideri non potest, peccat mortaliter à S. Thom. 2. 2. qu. 101. art. 4. ad 4. Sebast. Medices in sum. pe- cator. part. 1. tit. 3. qu. 16. vers. 5. Navar. in man. cap. 14. n. 14. c. & in com- mento. 3. de regular. num. 48. Portel. in dub. Regular. verb. Nequitia. num. 26. Corduba de casib. conscient. qu. 151. Surd. de alim. tit. 1. qu. 29. num. 12. alique alleg. per Barbof. d. lib. cap. 42. num. 20. Professio est*

tamen, si facta, est valida. *sec. Bartholom. à S. Faust. in thesauro Relig. lib. 5. qu. 145. cum seqq.*

Excusatur etiam filius, qui nullam si maneat in saeculo subvenien-  
di parentibus spem habet probabilem: *Sayr. in clar. Regia. lib. 7. cap. 6. num. 5. Suar. tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 5. num. 4. qui habet fratres, qui parentibus providere possunt: Suar. d. cap. num. 6. qui in saeculo absque proximo lethaliter peccandi periculo morari non potest. Suar. d. cap. 5. num. 32. Sayr. d. cap. 6. num. 7. rel. per Barbof. d. cap. num. 16.*

Ob dignitatem, cui adstricti, ingredi religionem, & gregem atque  
Ecclesiam suam deserere non possunt, sine Papae licentia, Episcopi &  
caeteri Praelati majores. *can. temporis. S. sin. 7. qu. 1. c. licet. de Regular. de Vecchia d. tract. disp. 2. dub. 3. Tambur. d. tom. 3. disp. 6. qu. 3. num. 7. Possunt inferiores cum Episcoporum permissione: Imò & sine ea, si divino Spiritus Sancti instinctu immediate ducantur. can. du. 19. qu. 2. d. c. licet.*

Ob vinculum reale Religionem intrare prohibetur aut publicis,  
aut privatis ratiociniis reddendis obnoxius: *ex constit. Sixti V. incip. Cum de omnibus. sub dat. Kalend. Decemb. 1586. ubi; nulla facta distinctione inter ratiocinia, & dicit; Auctoritate Apostolica perpetuo statuimus, ut huiusmodi ingenti aere alieno super vires facultatum suarum gravati, vel reddendis ratiociniis obnoxii nullatenus accipiantur, &c. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. qu. 10. art. 11. Tapia. d. loco cap. 7. Tambur. d. disp. 6. qu. 3. num. 13. Nisi ea facile sine molestia reddere possit. Diaz. in pract. cap. 20. Sanchez. in prac. Decal. d. tom. 1. lib. 4. cap. 19. num. 29. Suar. d. tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 7. num. 20.*

Ob ar alienum, non potest is qui alteri debet, nisi ei solverit, vel  
satisdederit, aliterve satisfecerit, religionem ingredi: *arg. can. genera. d. disp. 54. & Bulla Sixti V. Fr. Eman. tom. 3. quest. regular. qu. 10. art. 5. & qu. 54. art. 2. Hieron. Roderic. in compend. qu. regul. resol. 101. n. 81.*

Ob consensum minus liberum, coactus Religionem ingredi, non fit  
religiosus, nec tenetur observare regulam, nec valida est professio: nisi postea consenserit. *can. presens. 20. qu. 3. cap. 1. de regular. c. 1. de his qui vi. Sperell. in decis. fori. Eccles. decis. 80. per rot.*

Metus reverentialis non annullat professionem, nisi etiam coactio  
O o o vel

vinus  
personis  
est Ecclesiae

IV  
32

vel mina praecesserint. *fac. c. cum virum. 12. ff. de regular. Corvar. de sp. sal. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. Sperell. d. tract. decis. 79. num. 18. cum seqq. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. Neapol. part. 4. decis. 248.*

37 Qui etiam *aliens intentione, vel dolo inductus* religionem intra manet religiosus, siquidem consenserit, nec aliud habent impedimen- tum. *can. quod interrogasti. dist. 27. c. ut Clericus. junct. Gloss. de regul. c. ex parte. c. veniens. c. dudum. de convers. conjug. c. cum dilectus. de li qua vi. Palat. in repet. rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 57. num. 4. Co varr. in c. 2. num. 1. de testam.*

## TITULUS VII.

## De Conversione Conjugatorum ad Religionem.

## SUMMARI A.

1. Vinculum matrimoni- ale impedit religionis in- gressum.
2. Ingressionem quando annullet.
3. Matrimonium consum- matum hic, quod.
4. Post illud ingressus non consentiente conjuge, an potest propria auctorita- te egredi.
5. Professio non consenti- ente conjuge facta an ra- tificari potest.
6. Novam professionem emisisse quis censetur.
7. Quod si uterq. conjux sine mutua licentia in- grediatur religionem.
8. Si unus ingressus non consentiente altera: an hac ingredi potest, eo in- vito.
9. Inutilis professio quid operetur.